

05

A

588



F. N. S. S. T. L. H. D.
MATERIAM PHILOLOGICAM,
DE

RITU EXCALCE-
ANDI ANTIQVO IN
CONTRACTIBUS,

OCCASIONE DICTI VETER. TESTAMENT.
LIBRI RUTH CAP. IV. Comm. 7.
SUB PRÆSIDIO

M. ABRAHAMI HENRICI
DEUTSCHMANNI,
ORDIN. PHIL. ADJUNCTI,
PUBLICÆ LUCI EXPOSITAM

DABIT
RESPONDENS,

M. GEORG. FRIDER. JERICHO,
VIUS, POSSENDORFF, MISNIC,
SS. THEOL. AC PHILOL. CULTOR,
ALUMN. ELECTOR.

AD DIEM XII. JUL. ANN. M. DC. XCIII.
IN AUDITORIO MAJORI,
HOR. CONSVET. ANTEMERID.

VITEMBERGÆ,
PRÆLO JOHANNIS HAKEL



MATERIA PHIOLOGICA
RITUEX
ANDIA
CONTRAKOTIBUS



858 A 50

GEORG FRIDERICH HENCKES
VON HENCKESDORFF MÜNICH
CULTOR
HALL
ANNO XVII JUL. VIII. MDCCLXII
IN ADIN ORIO MAIORI
HOR. CONSVET. ANTEMERID.

HALL
FRID. O. JONAS HALL



QVOD SSANCTA TRINITAS OPTIME VERTAT!



Vemadmodum RITUS CHRISTIANO-
RUM NOVI sunt pertractatu *necessarii*, sic
nec aliud iudicium de RITU HEBRÆ-
ORUM VETERI, ex ANTIQVITA-
TE deducto, vere EXCALCEANDI, quā
CONTRACTUS, jure ferendum erit. *Hic*
RITUS, cū ex SACRA SCRIPTURA
demonstrari a PHILOLOGO HEBRÆO queat, pro sci-
tu *necessario* frustra non habetur. Inprimis THEOLOGIE
ORTHODOXE hęc MATERIA inservire quilibet ope-
ram navat, quando ad DICTUM SACRUM, in VETER.
TESTAM. locum habens, *Meditationem* suam dirigit, quō
paſſo CAP. IV. LIBRI RUTH Comm. 7. respicit. *Augusti-
no teste*, Quidlibet ex quolibet deducere atque insuper, habita
Veritate Connexionum non instituta, verū animadversa jure ab
Hominibus, hęc *notata plurima quis monstrare conatur. Lib. II.*
de DOCTR. CHRISTIAN. CAP. XXXI. Hinc *Veritatem*,
quantū fieri potest, de isto RITU manifestare non inter-
mitteremus, quī ANTIQVITATEM HEBRÆORUM con-
cernit, & intellectu *difficiles RES tractat, quales tamen & ju-
cunditate, & Amplitudine, & Usilitate sua gaudent. Ista* verō quī
considerat, non de Nibilo verba facit, sed *alia secum perpen-
dit, qualia THEOLOGO, quā THESIN, Veram Operam præ-
stant.* Quapropter Nos operæ pretium facturos censuimus,
si de PHILOGICO quodam DICTO HEBRÆO pauca
differamus, & ea, quæ moneri debent, haud inconveni-
enter pro ansa data declaraturi simus. Non dubitamus
quælibet nostrum Laborem approbare, simulque *Tractationem*
RITUS, pro virili *calem*, admittere. יהוה אלהים præsentī
Proposito SUO AUXILIO FINEM largiatur!

A 4

I. Cūm

Cum sine TEXTU AUTHENTICO RITUM, indicatum in *Præfamine*, minus recte declarare possemus, si non Verba illius adjicerentur ex CAP. IV. RUTH. Comm. 7. igitur *Versionem Primariam Authenticam* libet hinc allegare, quæ sequentia Verba proponit: וזאת לפניו בישראל על הנאלה וגו' התמורה לקים כל דבר שלך איש נעלם נתן לרעהו וזאת התעורה בישראל:

Vers. Latin. Tremellii: Hos autem antiquitus in Jisraele obtinebat in Vindictis & in Permutatione ad stabiliendam unamquamque Rem, detrahebat VIR ille Calceum suum, & dabat Proximo suo, & hoc erat ejus rei Testimonium in Jisraele. Quibus Verbis indicantur Tria: (a) Existentia RITUS. Cum explicita MORIS, antiquitus in Jisraele revera existentis, mentio fiat, ad cujus explicationem priora Verba TEXTUS referuntur. (b) Essentia Eiusdem, quæ ipsam RITUM hinc in se manifestat, in quo consistebat, & quare hic RITUS retinebatur. Quam tamen Verba media tradunt. (c) Scopus certus Istius, qui revera ultimis in Verbis TEXTUS introducitur. Hæc sunt CAPITA totius nostræ Translationis, quæ ordine justo ex TEXTU demonstranda veniunt.

II.

Antiquo tempore RITUM EXCALCEANDI VERUM apud HEBRÆOS extitisse, multa TEXTUS Argumenta confirmant: (a) Anquitas Veræ Mentio. Provocatur siquidem in Verbis allegatis ad Morem Antiquum. Jam quod Antiquum dicitur, illud quoque Verum dicendum; sicut quod Antiquissimum, Verissimum dicitur. (b) Subjecti Vera Introductio, quæ voce Jisraël bis certò indicatur. Hinc a Repetitione Vocabuli ad Necessitatem ejusdem concludere quilibet potest. Non enim sine causa Jisraeli MOS, jam indicatus, destinabatur, quod Sensus Verborum satis ob oculos ponit. (c) Circumstantiarum Allegatio. Quales Verbis, in relativo Statu positis, exprimuntur, in Vindictis & in Permutatione, ad stabiliendam unamquamque Rem. Ubi autem Circumstantie manifestantur, ibi necessum est Rem ipsam existere, quam Circumstantie respiciunt. Nos, ad

ipso

posorum Verborum priorum expositionem progredientes, ista
breviter, quod *Existentiam* RITUS presentis, examinabimus, &
quae notatu digna, hic ordine manifestabimus.

III.

Pronomen **אני** Hoc autem, habet Praefixum **ו**, quod hic
ordinarie per Scheva punctatum est. Sic necessario iste Ver-
sus cum precedenti conjungitur: (a) Propter Connexionem,
quae in Hebraicis necessario attendenda est. Sicut id accurata
Particula consideratio svadet, qualis talia conjungit, quae in
TEXTU SACRO se invicem excipiunt. (b) Propter Verborum
pleniorum explicationem, quae exigit, ut Constructio, hic declara-
tu digna, Hebraeis propria, maximopere accommodetur. [c]
Propter ipsius TEXTUS AVTHENTICI Consensionem, quam
Vox allegata satis nobis manifestat, cum & Verba secundum
hanc examinanda, & applicanda veniant. Ex facile quibus
patet, quid Pronomen hoc in TEXTU designet.

IV.

Tempus Antiquum insinuat Voce **לפני**, quae signifi-
cat antea. Cum Praefixo **ל** Nomen ponitur, alias absolute tale di-
citur **פני** Facies, Aspectus. **ל** ordinarie iterum per Scheva
punctatum est. Vox haec Antea juxta Lexicographos alias con-
junctim redditur. Vid. Jos. XIV. 15. Hic observanda sunt (a)
Temporis Antiquitas, quam ipse RITUS hic ob oculos ponit. (b)
Temporis Necessitas, qualem TEXTUS non frustra tradit, ante-
quam ipsum RITUM introducit. (c) Temporis Dignitas. Talis
hoc RITU Hebraeis confertur, in quantum isti haec, quae Anti-
quitate sua gaudent, simul, ut ponderatu digna, sibi propo-
nunt. Unde vere constat, Morem, vel Consuetudinem jam a lon-
go Tempore observari debuisse & actu fieri.

V.

Additur nunc Subjectum, respectu cuius RITUS EX-
CALCEANDI, quoad CONTRACTUS, existebat, & indi-
catur Voce **בִּישְׂרָאֵל** in Israhel. Quae rursus ex Nomine atque
Praefixo **ב** composita est. Illud est Proprium, atque certum Po-
pulum notat, videlicet Israheliticum, ut sic Metonymia Efficientis
hic

hic introducatur. Hoc autem punctatur ordinarie per *Schepah*, & habet *Dagesch lene*, cum sit ex *Litteris* כַּבֵּרָה ab *Inizio* כַּבֵּרָה significat in, cum in *Israele* iste *Mos Antiquus* revera reperiretur. Interim illud omittere nolumus, quod *Subjectum* sit [a] *cognitum Necessarium*, cui tunc temporis vere iste *RITUS* commendabatur, & ut *Peculiaris* tribuebatur. (b) *applicatu Dignum*. *Predicatum* quaecumque praequirat *Subjectum*, inter quae *justa Relatio* invenitur, ut *ista se* mutuo ponant atque tollant. [c] *demonstratu Jucundum*. Nam *dubium* non est, *RITUM* *Israelitico Populo* placuisse. Sicut & *idem* ex *TEXTU AVTHENTICO* deduci posset, si *Emphasin maximam textualem* prolixius exponere vellemus. Sed *alia Necessaria declaranda* hic veniunt, quae ad *Materiam istam* spectant.

VI.

Porro introducitur nunc *Vox* לִמְנָה cum *praequisita* לִמְנָה sequente *Lineola Makkeph*, qualis privat *Vocem Tynó*, & *hinc Voces* in unam *Dictionem* compingit. Hinc prior *Accentum* non habet. Posterior iterum habet *Prasixum* הַ *Emphaticum*, ordinarie per *Patach* sequente *Dagesch Forti* punctatum. *Nomen* est, לִמְנָה quod *idem* significat ac *Jus Redempturae, Vindiciae*. *Levit. XXV. 24.* *Originem* vero debet *Radici* לָמַן *Redemit, Vindicavit*. *Accentus* est *Mabpach*, & quae *distinctionem tonicus* in *ultima* positus est. Nos paucis attendemus [a] *Vocis certum Statum*, qui *Populo Israelitico peculiari modo* assignatur, in quantum ab eodem *RITUS* in *Vindicis* obtinebatur, quod *singulare* quid erat. (b) *Vocis Verum Sensum*, qui hoc loco *RITUI* proprius, & *Jus distinctum*, *ratione populi Israelitici*, merito manifestabat, & ex *Antiquitate* deducebat. (c) *Vocis peculiarem Usus*, qualis hic apud *Hebraeos* haud inconvetus dicitur, prout quoque allegatus *Locus ex Levitico* statim *idem* illustrare potest. *Distinguendum* enim hoc *Jus* ab *aliis Juribus* necessario erit, ne *Distincta* confundi ab *Hebraeis* videantur.

VII. Nec

Nec incommode *Verba* in **TEXTU AVTHENTICO** reperuntur: ועל החמרה & in *permutatione*. Nomen *Absolutum* est חמרה a Radice מור Mutare, Commutare, Permutare. *Conf. Lev. XXVII. 33.* ordinarie Nomini He *Emphaticum* præfigitur. *Præcedens Vox* habet *Prefixum*. ו, ordinarie quoque per *Schevab* hęc locò punctatū. In *Permutatione*, i. e. in omni *Publico Alienationis Genere*. Hinc *Synecdoche* futum *Usum* habet: Nam *Permutatio Antiquissimum Alienationis Genus*, teste *Dir. Aristorele*, *Libr. Ethic. ad Nicomach. V. Cap. IV.* Quare hęc explicanda sunt: (a) *Connexio hujus Vocis* cum *præcedenti*, quam *Contextus necessarium* esse *jure ostendit*. [b] *Relatio ad Subjectum*. Talia enim *Prædicata* existunt, qualia *permittuntur* a *suis Veris*, certiusque *Subjectis* esse. (c) *Applicatio genuina Vocis*. Cum eodem *respectu*, sicut *antecedens vox*, in *casu obliquo*, *adjuncta Præpositione*, merito ponatur. Hęc ergo *maximopere Usum*, *Voci congruus*, *revera Textui* convenit.

LIX.

Verbum, quod sequitur, לקיי Statuendo, *Instituendo*, *Stabiliendo*, est *Infinitivi*, in *Pibet* in *usu* est. *Præteritum* habet קיי stabilivit. *Estb. IX. 31. Confer. Loc. Estb. IX. 21.* Hoc *verbum* iterum hęc *relative spectatur*, in *relatione ad Objectum*, quod *generaliter indicatur*, simulque *unatquæque Res* tale *constituitur*. Ideo *jure retinemus* istud (a) tanquam *scitis dignum*, quale *requirit ipsum Objectum*, circa quod *Populus Israeliticus occupatus* erat. Non enim *frustra Mos* obtinebat, verum ut *Res qualibet optime stabiliretur*. Id *me ritò veram laudem eidem Populo conciliabat*. (b) tanquam *distinctu facillimum*, quod *Actum ipsum* infert, simulque ab eo *distinctivum*, quale *respectu Potentiæ* saltem *considerandum* venit. Licet *Potentia* requirat *Actum*, interim *formaliter Actui* *contradistinguitur*. (c) tanquam *præxi destinandum*. Hęc *Mos talis* non *frustra usurpabatur*, sed ut *nostris temporibus* & pro *Verò* haberetur, & a nobis *sua ratione accommodaretur*. Quod *factu jam possibile unicuique juxta Textum* videtur.

IX. R^c

IX.

Reliquis Verbis Existencia RITUS monstrati absolvitur, quando Adjectivum cum Substantivo conjungitur: פל רכר unamquamque, sive omnem Rem. Vox, propter Lineolam Makkeph, per quam Accentu destituitur, mutat Cholem in adjectivo in Kametzchataph, id est, pronunciatur Kametz ut o Breve, & ך̄ habet ab initio Dagesch lene. Nomen ipsum ordinarie hic allegatur רכר per duo Kametz, & significat Rem, Negotium, &c. Hinc oriuntur Tria: (a) Existencia RITUS stabilimentum, quae Res existens vere indicat. [b] Existencia ejusdem Adjumentum, ut eo facilius fiseeli, tanquam Subjecto, assignaretur. (c) Existencia istius Complementum. Ubi enim Res ipsa Fundamentum habet, ibi & Circumstantia Rei haud negligitur, qualis eo melius RITUM confirmatum hoc in Textu dat.

X.

Sed omnis Difficultas versatur jamjam circa Essentiam hujus RITUS, quam declarare paucis libet. Sic RITUS EXCALCEANDI ANTIQVUS IN CONTRACTIBUS Virum concernebat, qui Calceum suum detrahebat, & Proximo suo dabat. In istis Verbis insinuat (a) Subjectum, quod Vir, Rem a se alienans, qui Calcei traditione Juris sui cessionem significabat. Quasi scilicet diceret is, qui Calceum tradebat: En trade tibi Calceum meum, quod hactenus calcavi, aut certe Jus habui calcandi Agrum illum, quem nunc tibi cedo, ut tu eum calces. (b) RITUS Modum, qui consistit in duobus verbis: partim in detrahendo Calceum proprium; partim in dando eundem Proximo suo. (c) RITUS Finem, qui vel cui, est ipse Proximus, vel Cujus, qualis Acceptio Calcei appellatur. Ista siquidem instar Finis consideratur, in quantum Acceptio necessario & immediate Donationem excipit. Nos Voces iterum, quae ad Essentiam RITUS pertinent, hic respicimus, de iisdem quoque judicium nostrum pro data occasione ferimus ac istas exponimus.

XL

ך̄ Detrahebat, est ipsa Radix, quae indicat, Virum libenter Calceum suum detraxisse. Quae tamen Excalceatio Ceremonia fuit Politica, & Signum, quod excalceans Jure suo cederet. Nec tamen

tamen hinc *Excaltatio in Penam* fiebat, ac si invitus *Homo* detraheret *Calceum*. Sicut legendus locus *Deutr. XXV. 9.* Sed potius in *Signum Cessionis Juris* eadem fiebat. Ut is e-
 quidem *Cognato*, vel *Proximo suo* aliquid cederet, non vi
Legis, sed *Honestatis & Consuetudinis*. Vid. *Allegor. S. Ambrosii*
Lib. III. de Fide Cap. IV. dicentis: *Designabatur Futurus ex*
Judeis, ex quibus CHRISTUS vere secundum Carnem, qui Pro-
ximifui, hoc est, Populi Morru, Semen Doctrina Caelestis Semine
susitaret, cui Calceamentum Nuptiale Ecclesie praescripta Le-
gis Spiritalia deferebant, Originem traheret, &c. Ubi *Vir S.*
de Extractione Calcei in Leviratu loquitur. Eapropter con-
sideramus (a) Detractionis Veritatem, quam ipse Actus hinc lu-
culenter monstrat, qualis exaltatio appellari solet. Vir
se gratis Calceum suo spoliabat & dabat illum alteri. Hoc Si-
gnum Amicitiae fuit. (b) Detractionis Necessitatem, non Exi-
gentiam, sed Expedientiam, ad bene esse, vel prodesse respiciens.
Siquidem Vir potuit & non potuit Calceum suum detrahe-
re, a nemine cogeatur. Interim Consuetudinem Antiquam
non voluit non in mentem revocare. (c) Detractionis Uti-
litatem. Cum Vir ista Proximo inservire non intermitteba-
tur, quod in eodem maximopere laudandum erat. Is quo-
que studebat, talia, quae ab Antiquitate originem tra-
hunt, usui destinare.

XII.

Vir, Vir. Hoc Nomen generaliter notificat *Subiectum*,
 a quo iste *RITUS* institutus est. Et habet *Respectum* ad *An-*
tecedentia. Verum, cum sit *generalis Locutio Textus*, unus-
 quisque ex *Ordine Israhelici Populi* intelligi poterit, qui
 alicui *Viro* comparandus erat. Quare hinc addimus *Illu-*
strationis gratia tres Confirmationes: (a) Subiecti ad Actus
Relationem, quam Connexio Verborum ostendit. Ubi enim
Predicatum invenitur, ibi & praesupponitur Subiectum, cui
revera illud appropriatur. (b) Subiecti veram Introductio-
nem. Quid enim opus fuisset Viri mentionem facere, si
modus agendi consuetus non existisset. Generale Subiectum
Generalem applicationem jure importat. Hinc [c] Subiecti ac-

B

com-

commodationem indeterminatam ponderare debemus, pro-
ut Vir quilibet apud Judaeos in Cessionibus hunc Morem ob-
servabat, quales inter Cognatos fieri solebant. Quod &
apud Israeliticum Populum non inconvetum erat.

XIII.

חַלְצָל Calceum suum. Est Nomen cum Affixo Pronomine
Masc. Singular. Tert. Perf. Nomen Absolutum est חַלְצָל Calceus,
Calceamentum a Radice חַלְצָל Calceavit. Ezech. XVI. 10. Media
Gutturalis habet Cateph Patach, cujus Rationem satis Gram-
matici nobis monstratam dant. Hic tantum asserimus,
Calceamentum seu Calceum sumi proprie, uti Deutr. IIX. 4.
XXIX. 5. pro Calceamentis Israelitarum in desertis commo-
dantium, Jos. IX. 5. 13. pro Calceamentis tritis & resartii Gaba-
onitarum. Non improprie, sumitur ita pro Calceis Spon-
sa Mystica, Cantic. VII. 1. Hoc sensu quoque Calceus pro
Terra usurpatur, quam calcamus. Deutr. XXXIII. 25. pro
Re levisima & vilissima, quo sensu damnantur, qui pro pari
Calceorum justum vendunt. Anos II. 6. IIX. 6. Quapropter
hic recordamur (a) Materia Calceorum, cujus nomine Pel-
les Animalium veniunt, ex quibus iidem efficiuntur. Calcei
ex Pellibus Melinis olim erant pretiosi. Ezech. XVI. 10. Quae
Pelles adhibitae in structura Tabernaculi Exod. XXV. 5. XXXVI.
19. nominatim ad tegendam Arcam, mensam, &c. tabernaculis
Exod. XXVI. 14. Numer. IV. 6. 8. 10. 11. 14. 25. Apud Roma-
nos pelliceos fuisse Calceos non obscure insinuat Martialis
Libr. II. Epigramm. XLIX.

Lunata nusquam Pellis & nusquam Toga.

Ut alia Testimonia, Juvenalis Sat. VII. v. 190. & Horatii Sat.
VI. Lib. I. hic omittamus. Haec Materia praeparanda ve-
nit, ut ex Pellibus a Sutoribus Calcei efficiantur. (b) Usus
Calceorum, ut iidem pedibus opponantur, ut sint Verum re-
gumentum Pedum. Jos. IX. 5. Deutr. XXIX. 5. Ut inserviant ad
commodius ambulandum seu iter faciendum. Calceamenta co-
medentes Agnum Paschalem in pedibus habuerunt, in Sym-
bolis, quod parati essent ad professionem, & ad abeundum

ex Aegypto Exod. XII. et. Contra Mosi, Exod. III. 5. & Josue, Jos. Cap. V. 15. præcipitur, ut Calceos extrahant de pedibus, soltas pedum quoque solvant. Quò pactò DEUS indicare voluit, ipsis Gradum sistendum, nec ultra progrediendum esse. Cyprianus & Ambrosius multis in locis ajunt, hoc ipsis ideo injunctum fuisse, ut significaretur, neque Mosen, neque Josuam esse Sponsum Ecclesiæ, teste Petr. Ravanello in Biblioth. S. pag. 222. (c) Moris antiqui. Siquidem apud Judeos in more positum fuit, ut Calceos suos de pedibus detraheret, qui nollet in uxorem accipere eam, quam secundum legem in uxorem accipere tenebatur. Deutr. XXV. 9. Sed Personæ Judaicæ hîc ab Ethnicis distingvendæ sunt. Conf. Joseph. de Bell. Judaic. libr. II. Cap. XV. & Tertullian. in Tractat. de Ier. junio, & in Apologet. Cap. XL. Augustinus Heres. LXIIX. Calcearunt Iudaos in bello captos Jisraclitæ, cum eos in domum remiserint. II. Chron. XXIIIX. 15. Lugentes olim Calceamena de pede suo detrahere, & discalceati ambulare soliti sunt, II. Sam. XV. 30. Esa. XX. 2. 3. Ezech. XXIV. 17. 23. & discalceati, aut nudi ab Hostibus in Captivitatem viliti, pertrahebantur, ut majori afficerentur ignominia, Conf. Jerem. XXX. 14. Hic & aliis nunc Calcei præsens acceptio manifestatur, quæ peculiarem, imò singularem applicationem requirit, quævis pro substrata Materia hîc locum habebit.

XIV.

UN & dabit, Verbum cum Prefixo Copulativo, hîc ordinarie punctato per Schevah, conjungitur cum præcedenti Verbo TH detrahebat. Ipse Radix hîc locò allegatur, qualis UN dedit. Quò modò notare debemus (a) Dationis Principium, quod UN Vir, quemcumque intelligant Interpretes, ad qualem & antecedentia Verba respiciunt, Boas videlicet, qualis Antiquum RITUM indicare haud recusavit. (b) Dationis Objectum, quod Calceus, a Boas dandus. Discalceatum esse olim testimonium Opprobrii magni fuit. Probrosissima Domus discalceati appellanda, Deutr. XXV. 10. Aegyptii & Aethiopes discalceati olim extiterunt. Es. XX. 2. 3. 4.

Babylonii, Cap. XLVII. 2. Conf. Josephi Antiquit. lib. IIX. Cap. VII. (c) Dationis Subjectum, Proximus nempe, qui debuit Calceum a Viro accipere. Unde oriuntur Communicans, & is, cui quid communicatur, quales in relativo statim simul existentiam suam obtinent. Quapropter ut ad Vocabulum sequens nunc respiciamus, ordo requirit.

XV.

רערה Proximo suo. Ubi Nomen ponitur cum Praefixo ה, quod ordinarie per Schevah punctatur, & Affixo ה Pronomine tertia Persona. Nomen ipsum est רע Proximus, Socius. Sed hic illud Affixum additur tanquam in solitum, cum aliàs ꝑ poni debuisset, Radix est רערה. Pascere, consociare se, Socium prabere; Media verò Radicalis pro Parbach sumit Tzere Affixi, aliàs Tzere & Patach saepius permutantur. Sicut Exempla passim id nobis ostendunt. Nunc autem Proximum consideramus, prout in illum Jus certum transfundebatur. RITUS itaqve Proximo tribuebatur (a) Quoad Jus ipsum, in quantum Calceus eidem communicabatur à Boa, ut sibi hoc Jus appropriaret, ac iste usui Proximi accommodaretur. (b) Quoad Juris Exercitium, quod consistebat in imitatione ac usurpatione Calcei, ne frustra ipsi Calceus oblatus videretur. (c) Quoad Juris Eventum. Ut Finis Bonus existeret, qui a Proximo intenderetur. Ideo Proximus Calceum accipiebat. RITUS enim non malis, sed Bonis destinari debuit, quæ & ipsi DEO grata dicuntur, cui eundem revelari concessit.

XVI.

Declarata est Essentia RITUS EXCALCEANDI, qui circa CONTRACTUS occupatus, quales re ipsa inter Boas & Cognatum Anonymum intercesserunt. Hi autem firmatorii fuerunt, quemadmodum nostris Moribus Claves traduntur, Pedes ponuntur, aliæque Symbola vere adhibentur, quæ Corporalem Rerum Possessionem atque Contractus in nos firmare solent. Sed ista prolixius declarare Jctis conveniet. Sufficiat interim, RITUM præsentem, quæ Essentiam

tiam, *Contractus* quosvis *Majores* ac *Graviores* nobis ob oculos ponere, si *Circumstantia* ponderentur. Id ipsum *Serarius* luculenter monstravit, *qui* *Alii* quoque assensum præbent, quos adducere jam superfedebimus. Accedimus breviter ad *Scopum* hujus RITUS, qui sistit (a) *Veritatem Rei*, istis verbis: *Et hoc erat*. Ubi sermo equeidem de *Præterito Facto*, interim *Tempori* nostro idem inservit. (b) *Veritatem ipsius Scopi*, quando adduntur *Verba*: *Ejus Rei Testimonium*; non *Vulgare*, sed *Singulare*, quæ *Subjectum*, non *Commune*, sed *Proprium*; non *Fictum*, sed *Verum*; quæ ostendit adhuc (c) *Veritatem Subjecti*, verbis ultimis: *In Israhel*. *Qualia omnia*, quæ *Scopum Verum*, *Genuinum*, & *Singulare* sunt applicationi destinanda, simulque pro virili exponenda.

XVII.

וְהוּא & Hoc. Hanc Vocem supra indigitavimus, quapropter illud tantum declaratum damus, habere *Præfixum* cum *Schevah* punctatum: (a) Propter *Scopi* ad præcedentem *Existentiæ* & *Essentiæ* RITUS *Relationem*, cum *Scopus* seu *Finis* aliàs ad *Essentiæ* *Rei* pertineat. (b) Propter *justum Ordinem Verborum*, qui quolibet in *Textu Sacro* non est negligendus, sed *juxta Postum* istorum examinandus, quæ ad meliorem expositionem cujuslibet *Materiæ* referri solet. (c) Propter *definitam Locutionem*: *Et hoc erat*. Quæ necessariò *juxta Verba* ostendit, *antecedentem rectè* cum *istis* conjugit. Nam ad illa provocat *Boas loquens*, quæ jamjam dicebat *Sic Usus Rei*, vel RITUS illius, de quo verba statim fecit, nunc subjungere voluit. *Idem enim Sensus* est *Verborum allegatorum*: *Hic RITUS* erat *REI Testimonium*, quod *Israhel* agnoscebat.

XIIX.

הַרְעוּרָה *Testimonium*, est *Nomen* cum *Præfixo* ה, quod punctatur per *Pathach* sequente *Dagesch Forsi*, & ordinariè tale *Nomen* punctatur. *Accentus Tiphcha* in *Ultima* est *Reperitur* quoque hæc vox *Jes. IX. 16*. Id ipsum svadet (a) *Infalibilitatem Rei*. Cum provocet ad *Rem ipsam*, quæ mediate a *DEO* tunc temporis notificabatur. (b) *Necessitatem Rei*. Ut si-

mul pateret, *omne Bonum esse Proximo Communicabile*; si non *ex asse*, tamen *ex parte*; si non *quoad eundem modum*, tamen *quoad certum Statum*; si non *semper primario*; tamen *secundario*; &c. Hinc (c) *Dignitatem Rei suum ortum habere*, *quibus non crederet? Dignissimus RITUS ratione Sui, Objecti, & Actus fuit*, ut nihil in eo desiderari queat.

XIX.

רִיטוּס, in *Israele*. Hoc *Vocabulum Nomen Proprium* esse, *ex denominatione patet, quod observat. V. explicatum est. Illud solum adjiciemus, duo Puneta Finem Versiculi indigitare, & aliàs appellari Soph Pasuk. Hoc siquid nos certiores reddit (a) in Explicatione diversa Materie, quatenus una Materia ab altera distinguitur. Sic non amplius de RITU in sequentibus Verbis agitur, sed quasi in Parenthesi Boas i. alia introduxit. Licet hic tamen RITUS ab applicatione ejusdem distingvendus veniat, istam Boas attendit. (b) in Distinctione genuina Verborum, quæ ostendunt, aliud esse loqui de RITUS Existentiæ, Essentiæ & certo Scopo, RITUI proprio, aliud verò de usu mentionē facere. Illa solum Actum Signatum, hic Actum Exercitiū concernit; Priora tantum Versui Presenti, posterior Versibus sequentibus tribuuntur. Antecedentia Naturam RITUS, verum sequens applicatio Fructum ostendunt. (c) in commoda Versiculorum consideratione. Ita hic neutiquam ad justam Attributionem, certum Subjectum concernentem, sed potius ad legitimam RITUS, in se considerati, Capita nostras Meditationes dirigere volumus. Quò modo nunc Finis erit expositioni Verborum satis perspectorum tribuendus, huicque nonnulla cognitum necessaria subjungenda venient, quæ ad majorem Illustrationem RITUS, jam dudum indicati, pertinebunt, & Materia presentis commode inservire poterunt.*

XX.

Calceamentum seu Calceum suum Chaldeus vertit Vagiam, vel potius Chirothecam suam. Sic enim nonnullis in locis & nunc per Chirothecam Jus resignatur. Hoc Signum Resignationis faciunt etiam per Resignationem Linnei, quam

ist

ipfi Rabbini vocant Emptionem Sudar, i.e. Sudarii, teste Rabbini Elia. Commentatus est hanc in rem Cornelius a Lapide in Libr. Ruth. Cap. IV. pag. 205. seqq. Quam Sententiam simpliciter non rejicimus, interim desideramus (a) Distinctionem Locorum. Siquidem pro conditione istorum hæc Opinio tolerari potest. (b) Distinctionem Subjectorum. Quæ non sunt obligata semper hanc Significationem admittere, cum si Textus penitius consideretur, Calceum, in proprio sensu acceptum, isti necessum habeant eidem accommodare. (c) Distinctionem Temporum. Aliàs dicitur: Tempora esse distinguenda, & sic tota Controversia conciliabitur. Idem judicium de præsentis Assertionis ferendum esse putamus, ut non simpliciter, sed secundum quid saltem hæc allata Sententia se habeat.

XXI

Totam Rem exponemus per certam Questionem? Quæ respud Antiquos, quando quis cedebat alteri Jure suo, Calceum de Pede tollebat, & dabat illi, cui cedebat? Ad quam Respondemus tribus Rationibus: (a) Quia fiebat illud ob Signum Possessionis. Per Cessionem dabatur quoddam Jus, quod & Spirituale vocandum est, quanquam Rebus Corporalibus assignetur, ut alter possit vere pro suo istud habere. (b) Quia Jus Propinquitatis manifestari debebat. Sic ad illius manifestationem & Cordis declarationem Calceus alteri dabatur, & significabatur, quod Bonus gratis Calceus suus se vellet spoliare, & Jus a semet ipso sponte removerè, atque Amicitia alterius ergo transferre in illum, cui cedere haud recusavit. (c) Quia id in traditione Ordinum contingere solebat. Nam in quolibet Ordine sensibile Signum datur ipsi ordinate, per quod significatur, quæ Potestas illa Spirituality censetur, quæ ipsi traditur. Quæ alia Signa de Necessitate collationis ordinis in tantum dicuntur, in quantum, si non observentur, neutiquam Character imprimatur. Vid. Magister IV. Sent. Dist. XXIV. & in decretis Dist. XXI. Cap. Cleros, & Dist. XXV. Cap. Perlethi. Quapropter & in traditione Possessionis aliorum Jurium Incorporalium aliqua Signa exterioris fiunt, quæ Signa Possessionis accipienda notanter dicuntur.

XXII, Di-

XXII.

Dicendum itaque, quòd ista *Discalceatio* apud *Judeos* tantum in *Cesfionibus*, *Venditione* & aliis *Contractibus* observata fuerit, non tamen in omnibus, sed solum, quando fiebat *Cesfio* inter *Cognatos* alicujus *Jurù Cognationis*. Observabimus ergo (a) *Libertatem*. cum non coacte, sed *Libere RITUM* *Judei* observarint. (b) *Propinquitatem*, quæ ex verbis potissimum est colligenda, quando in *vulgata* *Versione* hæc reperiuntur: *Hic autem erat Mos antiquitus in Israhel inter Propinquos*. (c) *Consuetudinem*. cum juxta *Literam Textus* hoc *Negotium* in *Israhel* consuetum erat, quando *quis Proximo suo*, *Calceum suum* dando, cedebat.

XXIII.

Nos adhuc de *Symbolo* aliquid *RITUI* subjiciemus, quod in locum *Calcei* hujus in *Contractibus* successit, licet observat. *XX*. jamjam de hoc *asserrivè* actum sit, nempe nobis citati *R. Elia* *Sententia* placet, cujus ex *Versione* *Druſſi* *Verba* ita se habent: *Hodiè in usu est, ut contrahant per Sudar*. Is est *Pannus*, quem tenent duo *Testes*, in quorum *presentia* exponuntur *Verba Contractus*, quibus *expositis*, uterque *Testis* explicat *oram Vestis* suæ, quam deinde *prehendunt* *Partes* *contrahentes* rei *firmandæ* *gratiâ*. Atque hoc est, quod *supra* *Emptio* dicebatur. *Qui legit Vestigia Raschii*, cujus *Opinio*: *Hæc est Acquisitio*, quemadmodum & nos *acquirimus* seu *emimus* *Sudario*, (*velo*, juxta *Seldenum*.) *vice Calcei*. *Alia* *hîc* *omittimus*, & *saltem* *provocamus* (a) *ad* *Existentiã* *Subjectorum*. (b) *ad* *Existentiã* *veri Modi*. (c) *ad* *Existentiã* *genuini Scopii*. *Qualia pluribus jam supra insinuavimus & declaravimus Tantum!*

DEO SIT LAUS ET
GLORIA IN SEM-
PITERNUM!

05 A 588

ULB Halle
003 762 270

3



VD 17

64







Farbkarte #13

B.I.G.

31

N. S. S. T. L. H. D.
 AM PHILOLOGICAM,
 DE
 EXCALCE-
 ANTIQVO IN
 TRACTIBUS,
 DICTI VETER. TESTAMENT.
 UTH CAP. IV. Comm. 7.
 B PRÆSIDIO
 AHAMI HENRICI
 TSCHMANNI,
 PHIL. ADJUNCTI,
 CÆ LUCI EXPOSITAM
 DABIT
 ESPONDENS,
 FRIDER. JERICHO,
 SENDORFF, MISNIC,
 AC PHILOL. CULTOR,
 ALUMN. ELECTOR.
 I. JUL. ANN. M. DC. XCIII.
 UDITORIO MAJORI,
 ONSVET. ANTEMERID.

VITEMBERGÆ,
 ELO JOHANNIS HAKU.